

## Band IV., Nr. N136, Seite 433-434

*Albert von Siebnach verzichtet gegenüber dem Abt Hugo und Konvent von Weingarten auf Besitzungen zu Lana und erhält dafür vom Kloster Lehen in Lana und Onriet und einige Zinserlasse.*

Ohne Ortsangabe, Um 1240.<sup>1</sup>

Omnes presens scriptum inspecturi sciant, quod Albertus de Sibenaich quasdam possessiones cum vinea tempore domini Berhtoldi abbatis apud Levnon, cuius procurator et dispensator ibidem fuerat, assiduus in manu nostra abbatis dei gratia Hugonis in Winigarten et conventus resignavit in capella sancti Nykolay ibidem iuramento confirmans sollempni, quod monasterium ipsum nec ipse nec uxor vel filius suus vel aliquis suorum super eisdem aliquando vexare attemptaret. In memoriam cuius resignacionis nos et conventus feudum in Livnon situm, quod vulgo dicitur phepherlehen, eidem contulimus in feudo simul cum uxore sua et filio et domum residencie sue et pratum in Enriet<sup>2</sup>, de quo solvet annuo solidum unum, et iuxta pomerium aream unam, unde solvet III solidos. De domo sua non solvet censum et de feudo quod habet in Vulgenstat, quod dicitur raitlehen, et de prato in Tokenriet<sup>3</sup>. Hec omnia ipsis tribus predictis ad tempus vite sue concessa eis mortuis ad monasterium revertentur. Ad huius facti confirmationem et certitudinem presens scriptum fecimus nostro sigillo roborari.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

An einem Pergamentstreifen hängt ein Bruchstück des Wachssiegels, das noch das Gewand des sitzenden Abts zeigt.

<sup>1</sup>Abt Hugo von Weingarten kommt urkundlich z.B. in den Jahren 1236 und 1241 vor, vgl. Urkunde Nr. 883 (WUB, Bd. III, S. 383) und Nr. 976 (WUB, Bd. IV, S. 25).

<sup>2</sup>Onriet.

<sup>3</sup>Noch im 19. Jahrhundert der Name einer Straße in Ravensburg.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

Fürstlich Oettingen-Wallerstein'sches Archiv Harburg, Schlossn

**Signatur/Titel des Originals:**

U III, 219

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Ohne Ortsangabe

**Aussteller:**

Albert; von Siebnach

**Ortsindex:**

Fulgenstadt Wohnplatz (21300)

Fulgenstadt, Bad Saulgau, SIG

Lana, Trentino-Südtirol, Italien

Onriet Wüstung (24071)

Onriet, Baintdt, RV, W

Ravensburg Wohnplatz (20120)

Ravensburg, RV

Siebnach, Ettringen, MN

Weingarten Wohnplatz (20565)

Weingarten, RV